Jacobus <de Voragine> : Legenda sanctorum seu Lombardica historia Jacobus de Voragine
1488 Seite 52

bus. Cauterium signum meritum me-
dicina figura. Exemplū olim fuit circū-
cisio dura. De carne autē circūcisiōis do
mini dicitur q̄ angel⁹ eā karalo magno
attulit: et ip̄e eam aquisgrani in ecc̄ia sā
cte marie honorifice collocauit. karolus
vo postea fertur carosiū trāstulisse. Nūc
autem dicitur esse rome in ecc̄ia que dici
tur sancta san ctoꝝ. Unde ꝛ ibidem scri-
ptum legitur. Circūcisa caro xp̄i scanda
lia clara Ac vmbilici viget hic p̄cisio ca
ra. Unde ꝛ ea die fit statio ad sancta san
ctoꝝ. Sed si hoc verū ē valde vtiq̄ȝ mira
bile ē. Cū em̄ caro ip̄a sit de veritate hu-
mane nature: credim⁹ q̄ resurgente xp̄o
redijt ad locū suū glorificatum. Aliq̄
dixerunt: q̄ hoc verū sit iuxta opinionē
illoꝝ qui dicunt illud veꝝ esse de verita-
te humane nature q̄d ab adā traductū
est. ꝛ istud solū resurgere. ¶ Notanduȝ
q̄ oliȝ a paganis et gentilibus in his ka
lendis multe sup̄stitiones obseruabant
quas sancti etiā a xp̄ianis vix extirpare
potuerunt. quas Augu. in quodam ser
mone cōmemorat. Credentes enim: vt
dicit. Janū ducem quendam deū esse: in
his kalendis plurimū venerabantur: et
ei duas facies figurabant. vnam post se
ꝛ aliam ante se: quia erat terminus anni
preteriti et principium sequentis. Rur-
sus in his kalendis formas monstruo-
sas assumebant. alij vestientes se pellib⁹
pecudum, alij assumentes capita bestia-
rum, ex quo indicant nō tam habitum
se beluinum habere q̄ sensum. Alij tu-
nicis mulieribus vestibant: nō erubescē
tes inserere tunicis mulierib⁹ militares
lacertos. Alij autē auguria obseruabāt
vt focum de domo sua vel aliud q̄d cun-
q̄ȝ beneficium cuilibet petenti tribuant:
dyabolicas etiam strenas. ꝛ ab alijs acci
piunt ꝛ alijs tradunt. Alij in nocte men
sas laute preparāt. ꝛ sic tota nocte mane-
re sinunt: credentes q̄ p̄ totum annum
conuiuia in tali sibi habundantia p̄seue
rent. Et subdit augu. qui de paganoꝝ

cōsuetudine aliquid obseruare voluerit
timendum est ne nomen xp̄ianum ei p̄-
desse non possit. Qui etiam stultus hor-
bus ludentibus aliquā humanitatem
impēderit peccatis eoꝝ participem se eē
non dubitet. Uobis autē fratres nō suffi-
ciat q̄ non hoc malū facitis. sed vbicun-
q̄ȝ fieri videbitis. arguite corripite. casti-
gate. hec Augu.

# Ephiphania do

mini quadruplici decoratur mi-
raculo. et io quadruplici vocabulo nun
cupatur. Hodie em̄ magi Christū ado
rant. Johannes xp̄m baptizat. Aquam
in vinum xp̄s mutat. et quinq̄ȝ milia ho
minum de quinq̄ȝ panibus satiat. Cum
em̄ ih̄s esset. xiij. dieruȝ: magi ad eū stel-
la duce venerūt. Et inde dicitur epipha
nia ab epi q̄d ē supra: ꝛ phanos appari-
tio, q̄ tūc desup̄ stella apparuit. siue ip̄e
xp̄s per stellam que desuper visa est ma-
gis: verus deus demonstratus est. Ea-
dem die renouatis vigintinouem annis
cum iam annum tricesimum attigisset.
quia habebat vigintinouē annos. ꝛ tre-
decim dies. Erat em̄ incipiens quasi an
noꝝ triginta. vt dicit Lucas. Ul' s̄m
bedam habebat triginta plenos. q̄d ꝛ ro
manā ecc̄iam tenere asserit: tūc in quā in
iordane baptizatus est. ꝛ ob hoc vocatur
theophania. a theos q̄d est deus. ꝛ pha-
nus q̄d est apparitio: quia tunc tota tri-
nitas apparuit. pater in voce. filius ī car
ne. spiritus sanctus in columbe specie. ip-
so iterum die reuoluto vno anno: cum
esset triginta vel trigintaunius annoꝝ
ꝛ tredecim dierum: aquam in vinū mu-
tauit. ꝛ ob hoc vocatur bethania. a beth
quod est domus. quia miraculo facto ī
domo verus deus apparuit. Ipso simi-
liter die reuoluto anno cum esset annoꝝ
trigintaunius vel triginta duoꝝ q̄n-
q̄ȝ milia hominum de quinq̄ȝ panibus
satiauit. sicut dicit Beda. et sicut dicit
in illo hymno qui in multis ecclesijs cā-

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-286/0052
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG